Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39281
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



di me domine: defecit spiritus meus. Non auertas faciem tuam a me: et similis ero descendentibus in lacum. Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speraui. Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuauit animam meam. Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam quia deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum domine uiuificabis me in iustitia tua. Educes de tribulatione animam meam: et in misericordia tua disperdes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego seruus tuus sum. Antiphona.

Benedictus dominus deus meus